



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 4. Episcopi ex Ægypto Constantinopoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

& longiore explicatione opus esse. Alte-Sæculum V.
ram epistolam dedit ad Aetium Presbyte-
rum, cui dicit, scripsisse se Patricio Aspa-
ro, Sporatio, & pluribus aliis; *mitto ti-*
bi etiam, inquit, exempla litterarum, quas
Episcopi Galliæ, & Italiciæ, ad nos scripse-
runt, ut cognoscatis, quam arcte nos eadem
Fides conjugat. Epistola tertia ad Leo-
nem Imperatorem scripta est, ut magis
magisque in proposito Concilium Calce-
donense protegendi confirmaret. Eadem
tempestate in Occidente imperabat Ma-
joranus, Ravennæ, Imperatore Leone
conscio, proclamatus.

A. C. 457.

Ep. 122. ab.

74.

Marcel. Chr.

Idac.

§. IV.

Episcopi ex Ægypto Constantinopoli.

Inter hæc aliqui Episcopi ex Ægypto, cum
Timothei insidias evassissent, Constan-
tinopolim delati, omnia, quæ sibi conti-
gerant, Anatolio Episcopo enarrarunt.
Tum Libello omnium Episcoporum Ægy-
pti, & Clericorum Alexandrinorum No-
mine Leoni Imperatori tradito, memora-
bant, ipsum in Imperii sui Auspiciis epi-
stolas ad Episcopos Metropolitas dedisse,
Fidei Catholicæ faventes, atque omnium
Antecessorum suorum, & speciatim Mar-
ciani Imperatoris mandata confirmasse.
Deinde referebant intrusum Timotheum,
Proterium trucidatum, & Persecutionem,
sub qua Catholici gernerent, & subjun-

Conc. Calc.

p. 3. c. 22.

B b b 2 gebant

Sæculum V. gebant hæc verba: *Igitur supplices roga-*
 A. C. 457. *mus, ut ad Sanctissimum Archiepiscopum*

Romanum, Antiochenum, Ierosolymitanum, Thessalonicensem, Ephesinum, & ad
quos tibi videbitur, scribas; hi enim tibi
ea, quæ Legibus Ecclesiasticis statuta sunt,
exponent. Rogamus etiam, ut usurpatorem
Ecclesia Alexandrina expelli, & me-
ritas pœnas subire jubeas, tumque ut jux-
ta Canones, & antiquam consuetudinem,
Concilium totius Ægypti Diæcessis ortho-
doxum eligat virum dignum, qui in Ca-
thedra S. Marci sedeat. Si post bæc Con-
cilio opus erit, quod futurum non putamus,
confidenter conveniemus, non ut discutia-
mus causam Fidei, de qua non dubitamus,
sed ut Timothei molimina examinentur.
Rursus humiliter petimus, ut huic viro
prohibeas, ne ullos Episcopos, aut Clericos
ordinet, ne officium celebret, & nihil no-
vi in Ecclesiis nostris moliatur, sed ju-
beas, ut Ecclesiæ Alexandrinæ Bona Senio-
rum ex Clericis consilio administrentur,
omnes Clerici Catholici in Ecclesiis suis in
pace vivere sinantur, & ut in hunc finem
mandata tua ad valde Magnificum Ducem

p. 896. *Dionysium, aliasque cuiuslibet Provincia*
Judices dirigas. Huic epistolæ Episcopi
quatuordecim, quatuor Presbyteri, ex
quibus duo Ecclesiæ Alexandrinæ oco-
nomi erant, & Diaconi duo, nomen ap-
posuerant.

p. 897.

Timo-

Timotheus quoque Legatos Constanti- Sæculum V.
nopolim misit; hi Imperatori Domini sui A. C. 457.
nomine epistolas porrexerunt; sed ante-
quam responderet, Imperator jussit, ut Fi-
dem suam palam facerent, & quid de Con-
ciliis sentirent, edicerent. Ergo, dato li- Conc. Calc.
bello, confessi sunt, se Fidem Nicenam p. 3. c. 24.
tenere, & eidem nihil addere. Item se
Concilia Ephesina (nimirum tam Conci-
liabulum Dioscori, quam Legitimum sub
S. Cyrillo) recipere. At Concilia, Con-
stantinopolitanum, & Calcedonense re-
jiciebant, petebantque, ut Imperator ad
Archiepiscopum suum Timotheum Re-
sponsorias daret. Huic Libello nemo Leo ep. 21. al.
subscripsérat, ne exiguus Schismaticorum 75. c. 4. ep.
numerus proderetur, quippe non plures 126. c. 2.
quatuor Episcopis Timotheum sequeban- Gennad. de
tur. Alium etiam Timotheus ad Im- Script. n. 71.
peratorem misit commentarium, captio-
ne perplexum, in quo monstrari dicebat,
S. Leonem, Concilium Calcedonense, &
omnes Orientis Episcopos, Nestorianos
esse.

§. V.

Leo Imperator Episcopos consulit.

Leo Imperator, hisce libellis ad Anato- Conc. Calc.
lium Episcopum Constantinopolitanum p. 3. c. 21.
missis, significabat, populum Alexandri-
num, Magistratus, Nautas petere, ut Ti-
motheum Episcopum habere sinerentur.

B b b 3 Vero-